

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Vierzehnter Band.

Hannover.
Hahn'sche Buchhandlung.
1889.

Bruchstück eines rhythmischen Gedichtes, die Geschichte des Tempels zu Jerusalem betreffend.

Mitgetheilt von W. Brandes.

Von Herrn Stadtarchivar Prof. Dr. L. Hänselmann wurde ich auf eine Anzahl aus alten Einbänden gelöster Pergamentblätter aufmerksam gemacht, welche das städtische Archiv zu Braunschweig bewahrt. Die meisten dieser Blätter, durchweg verhältnismässig jungen Handschriften angehörig, enthalten biblische Texte, bekannte Stücke liturgischen Inhalts und dergl. ohne sonderlichen Werth¹: ein Blatt jedoch bietet auf vier Seiten klein Octav das unten folgende Bruchstück einer versificierten Geschichte des Tempels zu Jerusalem, die meines Wissens bislang nicht bekannt geworden ist. Die Erzählung schöpft ausschliesslich aus biblischen Quellen, und zwar berichtet sie mit der Salomonischen Tempelweihe einsetzend (Reg. I, 8, 63) nach Reg. I, Esra, Maccab. I und den Evangelisten (anfangs nach Lucas, später nach Johannes) alle diejenigen Ereignisse der jüdischen und der Heilsgeschichte, welche Beziehung zu dem Tempel haben. Die Handschrift gehört vielleicht noch der ersten Hälfte des 11. Jahrhunderts an, dass wir jedoch nicht die erste Niederschrift, sondern eine Abschrift vor uns haben, lassen namentlich die Verschreibungen V. 38 und 151, sowie die Nachträge und Verbesserungen von zweiter, gleichzeitiger Hand erkennen. Die 264 Verse vertheilen sich auf 8 Columnen zu durchschnittlich 33 Zeilen. Vor den Versen 29. 59. 87. 91. 111. 120. 160. 170. 204. 235. 239. 248 ist durch ein keilförmiges Zeichen ein Absatz in der Erzählung markiert. Was das Versmass anbetrifft, so sind es

1) Erwähnung verdient vielleicht ein Quartblatt des 13. Jahrhunderts, welches ausser der Doxologie: 'Per secla mete nescia' etc. und einigen Antiphonien folgende Hymnen enthält: 'Eterne rex altissime' (Dan. I, 191), 'Veni creator spiritus' (Dan. I, 208), 'Sacris sollempniis iuncta sint gaudia' (Dan. I, 246), 'O quam glorifica luce choruscas' (Anfang bei Dan. I, 239, vollständig u. a. bei Roth Nr. 236), 'Sanctorum meritis inclita gaudia' (Dan. I, 198), 'A solis ortus cardine' (Dan. I, 141).

die beliebten Fünfehnsilber, welche sich als rythmisch gemessene trochäische Tetrameter bezeichnen lassen. Sie reimen zumeist paarweise, jedoch kommen auch Ketten von drei (im Anschluss an V. 3. 78. 113. 124. 174. 177. 191. 210. 215. 220. 223), vier (9. 29. 41. 72. 89. 168. 194. 239. 254. 262), fünf (129. 186), sechs (134. 154) und sieben Versen (57. 228. 245) mit gleichen Reimen vor. Eine Verschränkung findet sich nur im Anfange des Bruchstücks, wo augenscheinlich V. 2 auf V. 6 reimen soll, Mittelreime gelegentlich, wohl unbeabsichtigt, z. B. V. 3 und 4, 8 und 9, 54 und 55. Die Cäsur hinter der achten Silbe ist durchweg beobachtet, die anscheinende Vernachlässigung derselben Vers 113 und 183 war durch eine leichte Umstellung zu heilen. Da das Blatt in der Weise eingeklebt gewesen ist, dass fol. 1^r und 2^v an der Deckelplatte lagen, so haben dieselben zum Theil stark durch den Kleister gelitten, so dass namentlich die Anfangsverse der letzten Seite auch mit Anwendung von Reagentien kaum zu lesen sind. Ausserdem sind die oberen Ecken noch etwas durch Wurmfrass und Brandflecke, die Seitenränder nach unten hin ein wenig durch Abschneiden beschädigt.

f. 1^r. *Expandens utrasque manus oravit ad Dominum:*

*Deus David patris mei populique Israel,
Servans pactum servis suis inviolabiliter,
His qui in mandatis tuis perseverant iugiter!*

5 *Absque te, Deus, in terra vel in celo desuper
Non est, qui salvare possit, ut tu, Deus Israel:
Custodisti patri meo, quicquid es pollicitus,
Et, quod ore promisisti, perfecisti manibus.
Sermo tuus, quem dixisti, in eternum maneat:*

10 *Vir de te non auferetur, coram me qui sedeat
Super tronum regni tui, si tamen custodiat
Vias meas et mandata, que precepi, faciat'.
Num putandum est, quod Deus super terram habitet?
Domus, quam edificavi, quomodo te capiet?*

15 *Celum et celi celorum capere te nequeunt,
Quonam modo capient te, que mortales construunt?
Sed tu, Deus meus, preces exaudi propicius,
Quas in templo sancto tuo fundit tuus famulus!
Sint intente aures tue apertique oculi*

20 *Super domum hanc, quam tuo preparavi nomini!
Audi preces plebis tue et, cum exaudieris,
Dimittes iniquitatem et propiciaberis!
Si in aliquo vir contra proximum peccaverit
Astrictusque iuramento hac in domo venerit,*

V. 14 von 1. Hd. ausgelassen, von 2. Hd. am unteren Rande nachgetragen ohne Bezeichnung seiner Stelle. 17 Vielleicht 'meas'. 24 'A' aus 'S' verb. Hs.

- 25 Tu exaudies in celo, faciens iudicium;
 Nam iustificabis iustum et damnabis impium,
 Reddens impio secundum viam suam pessimam
 Et iusto secundum suam faciens iusticiam.
 Si propter peccata sua populus hic fugerit
- 30 Inimicos et peccati eum penituerit
 Veniamque hoc in loco deprecatus fuerit,
 Tu dimittes illi, quicquid contra te deliquerit,
 Sed et contra inimicos dabis fortitudinem,
 Ut non terra redigatur hec in solitudinem,
- 35 Quam eorum promisisti possidendam patribus,
 f. 1^r. Ex Egypto ducens illos signis (et) virtutibus.
 Si peccato exigente pluvia desierit
 Et plebs tua hoc in (loco) veniens oraverit,
 Plebi tue peccatorum dabis indulgentiam,
- 40 Terre quoque, quam dedisti eis, dabis pluviam.
 Fames aut corruptus aer si in terra fuerit
 Et erugo vel locusta vel rubigo venerit
 Pestilencieque lues populum affligerit,
 Vel si inimicus portas illius obsederit,
- 45 Si infirmitas aut plaga sive devoratio
 Imprecacioque mala fuerit in populo
 Populusque cordis sui plagam recognoverit
 Et devote manus suas hic ad te expanderit,
 Tu exaudies de celo et propiciaberis
- 50 Faciesque eis, sicut cor cuiusque videris —
 Solus enim nosti corda filiorum hominum —
 Ut laudetur nomen tuum hic et in perpetuum.
 Si propter peccata sua huc alienigena
 Quilibet de terra sua venerit longis(si)ma,
- 55 Nomen enim tuum magnum in extremis finib(us),
 Audietur universis generationibus,
 Facies ei, quodcumque supplex postulav(e)rit
 Quamvis hic de plebe tua Israel non fue(rit).
 Si ad bellum contra hostes populus exieri(t)
- 60 Et propter peccata sua superatus fuerit
 Captivumque eum victor inimicus duxerit,
 In captivitatis loco si conversus fuerit
 Atque orans ad hanc domum vultum suum (verterit)
 Dabis plebi tue coram inimicis gratiam

26 'iustificaberis' Hs. 27. 28 'Reddens impio secundum suam facies iusticiam' 1. Hd., von 2. Hd. zu zwei Versen ergänzt. 28 'facies' Hs. (1. und 2. Hd.). 32 'quicquid' verb. in 'quicquid' Hs. 34 'Aut' Hs. 36 Lücke durch Wurmfrass. Zwischen 37 und 38 ist 39 von 1. Hd. geschrieben, dann an seiner Stelle wiederholt. 38 Lücke durch Brandfleck. 40 'condidisti' verb. in 'quam dedisti' Hs. Von V. 54 bis 63 geringe Einbussen am Versende durch Beschneiden. 57 'postuu(e)rit' Hs.

65 Faciesque, ut ad terram revertantur propriam,
Et servabis in eternum pactum cum nepotibus
Filiisque, quod eorum promisisisti patribus'.

f. 1^v. Postquam autem rex complevit preces coram Domino,
De terra surrexit atque benedixit populo,

70 Si quidem utrumque genu in terram defixerat
Et utrasque manus suas in celum expanderat.
Boum post hec immolavit bis undena milia
Oviumque centum simul et XX milia,
Sicque templum dedicavit magna cum leticia.

75 Populum dehinc redire permisit ad propria,
Quoniam plebs universa ab introitu Emath
Usque ad rivum Egypti ad regem convenerat.

Tunc locutus est in somnis Salomoni Dominus:

'Faciam, quod postulasti, et ero propicius

80 Hoc in loco cunctis meum nomen invocantibus.

Domus haec oracionis domus appellabitur,
Et in ea nomen meum semper invocabitur.

Super David patris tui tu sedebis solium,
Filiisque tuis dabo illud in perpetuum,

85 Si tamen, ut pater tuus, que precepi, feceris
Filiosque tuos ea facere docueris;

Si tui mandata mea filii contempserint

Et me spreto alienos deos adoraverint,

Domus, quam edificasti, erit in obprobrium,

90 Filiosque tuos hostes ducent in exilium'.

Post hec Salomon peccavit amore mulierum,

Colens Astarten Mollochque sive Chamos ydolum,

Et edificavit templa supradictis ydolis.

Factum est hoc in ruinam tam patri quam filiis.

95 Nam post mortem Salomonis regnum eius dominus

Scidit, atque super duas de bisenis tribubus

Quidam filius regnavit Salomonis Roboam,

Decem tribus servus eius possedit Ieroboam;

Sic in Benjamin regnavit Roboam et in Iuda

f. 1^v. 100 Servus eius super decem tribus in Samaria.

Deinceps peccata nimis tam regum quam populi

Increverunt, oblitique mandatorum Domini

Simulacra coluerunt atque deos gencium.

Quod tam regibus quam plebi versum est in scandalum.

105 Nam Ieroboam conflavit vitulos et in Bethel

Ponens illos fornicari fecit regnum Israel,

Eodemque modo reges, qui fuerunt in Iuda,

Immolabant in excelsis et plantabant nemora,

- Sed et multos occiderunt prophetarum Domini,
 110 Non volentes penitere sepius ammoniti.
 Cum tot malis finem vellet Dominus imponere,
 Misit Nabuchodonosor regem Babilonie,
 Qui destruxit civitatis muros per circuitum
 Nobilissimumque templi sternens edificium
 115 Aurum tulit et argentum, captivavit populum,
 Sedechie quoque regis interfectis filiis
 Erutis ipsum postremo excecavit oculis.
 Sic septuaginta annis plebs Israelitica
 Gemens flevit, sedens super Babilonis flumina.
 120 Post hec Cyrus rex Persarum interfecto Baltasar,
 Qui defuncto patre fuit rex in terra Sennaar,
 Remisit captivitatem filiorum Israel.
 Esdram scribam, Neemiam et ducem Zarobabel
 Atque Iesum sacerdotem, qui et templi diruta
 125 Rursus repararent atque civitatis menia,
 Ipsum quoque dedicarent templum sicut antea.
 Illo Chaldeorum regnum tempore translatum est
 Nutu Dei atque Persis sive Medis datum est;
 Nam regnavit Persa Cyrus tunc in Babilonia,
 130 Cui Darius successit, ex quorum prosapia
 Fuerunt reges per multa temporum curricula,
 Quoadusque Alexander egressus de Grecia
 Subiugavit sibi gentes et regum imperia;
 f. 2^r. Regem siquidem Medorum interfecit Darium
 135 Et possedit diversarum regiones gentium
 Tociusque terre solus habuit imperium.
 Tunc Medorum et Persarum cessavit dominium
 Et regni Grecorum cepit deinceps exordium
 Perdurans usque ad tempus Romanorum consulum.
 140 Alexander adhuc vivens regnum suum singulis,
 Qui secum nutriti erant, est partitus pueris,
 Et imposuerunt sibi omnes diademata,
 Fuerunt qui valde nequam, committentes pessima.
 Quorum de stirpe processit illustris Antiochus;
 145 Fuerat hic Rome obses, qui et ipse pessimus
 Cultum gentis Iudeorum atque sacrificium
 Dissipando prophanavit Dei sanctuarium.
 Crebro namque nequam ille missis exercitibus
 Iudeos sacrificare compulit demonibus,

110 'moniti' 1. Hd., 'am' von 2. Hd. übergeschrieben. 113 'muros
 ciuitatis' Hs. 120 'tyrus' 1. Hd., 'c' von 2. Hd. übergeschrieben.
 127 'caldeorum', 'h' übergeschrieben Hs. 129 'tyrus' Hs. 138 'cepit'
 = coepit.

- 150 Quorum quidam immolare consenserunt ydolis,
 Quidam mori decreverunt legibus pro patriis.
 Legem quoque Iudeorum combussit Antiochus,
 Sed et templum spoliavit ornamentis pluribus,
 In sanctificationem intrans cum superbia
- 155 Aureum tulit altare, luminis candelabra,
 Mensam propositiois atque libatoria
 Aureaque vasa valde concupiscibilia,
 Velum simul et coronas atque mortariola
 Sublatisque universis rediit ad propria.
- 160 Post hec misit duces suos ad cogendum populum
 Idolis sacrificare iuxta ritus gentium.
 Quibus Iudas Machabeus restitit viriliter
 Et cum eo fratres eius repugnantes fortiter
 Occiderunt duces multos missos ab Antiocho
- 165 Et superaverunt quosdam fugatos de prelio.
 f. 2^r. Post hec sancta mundaverunt a pollucionibus
 Universis et immundis ydolorum cultibus;
 Tunc altare construxerunt dedicantes Domino,
 Et leticia pergrandis facta est in populo.
- 170 Facta est a Salomone prima dedicacio
 Tempore sub autumnali, id est mense septimo,
 Legitur sub Esdra scriba facta veris tempore
 Et a Iuda Machabeo facta est in hyeme.
 Hec usque ad salvatoris perduravit tempora.
- 175 Hinc Iohannes scribens ait: 'Facta sunt encenia
 In Ierusalem et yems fuerat' et cetera.
 Ad prophetam Zachariam Gabriel archangelus,
 Cum in templo ministraret, missus est divinitus
 Nuncios, quod esset ei nasciturus filius;
- 180 Ait enim: 'Zacharia, ecce iam concipiet
 Uxor tua parietque filium Helisabet;
 Hic in ventre matris sancto spiritu replebitur,
 Et a te Iohannes eius nomen appellabitur.
 Erit enim puer iste magnus coram Domino,
- 185 Et in eius letabuntur multi natalicio;
 Hic in spiritu Helye ibit ante Dominum,
 De hoc loquitur propheta: 'ecce mitto angelum
 Ante te profectum tibi preparare populum',
 De quo etiam testatur rex salvator omnium:
- 190 'Nemo maior illo inter filios mulierum',
 Zacharias autem verbis distulit angelicis

Zwischen 150 und 151 ist 152 (bis 'combussit') von 1. Hand geschrieben und durchgestrichen, dann an seiner Stelle wiederholt. 151 'Qui' aus 'Quorum' verb. Hs. 163 'eo' aus 'eos' verb. Hs. 172 'edra' Hs. 174 'duravit' übergeschrieben Hs. 182 'spiritu sancto' Hs. 183 'a te' übergeschrieben Hs. 188 'preparatum' verb. in 'preparare' Hs.

- Credere, eo quod esset uxor eius sterilis,
 Ipse quoque processisset in diebus plurimis;
 Propter incredulitatem cicius obmutuit,
 195 Donec illi uxor sua filium progeniuit.
 Cum Iohannes natus esset, patri linguam reddidit
 Et sterilitatem sue genitricis abstulit.
 Circumcisionis enim imminente termino,
 f. 2^v. Cum recenter nato nomen aptaretur puero
 200 Mutus factus pater eius, ex quo vidit angelum,
 Mox Iohannem clara voce nominavit filium,
 Et aperto (ore coram) cunctis ammirantibus
 Prophetavit Zacharias: 'Benedictus Dominus'.
 Hic nativitatis sue die quadragesimo
 205 Presentatus est a matre et Ioseph nutricio
 Filius eterni patris et Marie virginis
 Secundum preceptum legis, expers tamen criminis,
 Cum duobus columbarum pullis vel turturibus;
 Quem senex recepit iustus Simeon in manibus,
 210 Qui dum cognovisset eum esse regem glorie,
 Quem prestolabatur longo fatigatus tempore
 Exclamavit: 'Nunc dimittis servum tuum, (Domine)'.
 Cum XII annos natus factus esset Dominus,
 Ad templum de Galilea venit cum parentibus.
 215 Cum vero parentes eius redirent ad propria,
 In Ierusalem remansit puer matre nescia;
 Estimabat autem eum esse secum in via.
 Cum absentem sciret eum, rediit Ierusalem
 Tristis et Ioseph cum ea, conquiritentes invicem,
 220 Et in templo residentem invenerunt puerum
 Inter doctos audientem verba sapientium
 Et interrogantem eos; et ait ad filium:
 'Fili, quid fecisti nobis? Ecce querebamus te,
 Ego et Ioseph dolentes!' 'Ecquid querebatis me?'
 225 Nam in his, que patris mei sunt, oportet esse me!
 Baptizatus a Iohanne ieiunavit Dominus
 In deserto quadraginta diebus ac noctibus.
 Tunc inter temptationes factas per diabolum
 Ab eodem (super) templi situs est pinnaculum,
 230 Qui dixit: 'Si (tu) es Christus, te depone deorsum
 Angelis enim mandavit de te Deus omnium

192 hinter 'quod' ist '&' getilgt Hs. 198 'imminente' Hs. V. 199—207 zum Theil schwer lesbar. 202 'Et et' Hs. Lücke durch Brandfleck. V. 208. 209 stehen in der Hs. in umgekehrter Reihenfolge. 209 'duabus' verb. Hs. 210 'cognovisse' (?) Hs. 211 'prolabatur' Hs. 212 für 'Domine' nur 'd' über dem Ende der Zeile Hs. 224 'et quid' Hs. 229 'super' verrieben Hs. 230 'tu' fehlt Hs. (möglich wäre auch eine Ergänzung von 'hinc' hinter 'te').

- f. 2^v. Ut nec ullum paciari pedis offendiculum'.
 'Scriptum est', respondit illi, 'non temptabis Dominum'.
 Sicque suum temptatorem confundit nequissimum.
- 235 Postquam cepit regnum Dei predicare populo,
 Cum apostolorum sepe Dominus collegio
 Intrans templum faciebat magxima prodigia,
 Infirmorum curans ibi corpora debilia.
 Quodam die cum intraret in virtute spiritus,
- 240 Vidit vendere columbas et boves cum ovibus;
 Tunc cum prepararet sibi flagellum de restibus,
 Expulit vendentes inde simul cum ementibus;
 Numulariorum quidem es effundit omnium,
 Nec non cathedras evertit columbas vendencium,
- 245 Dicens illis: 'Ista domus universis gentibus
 Domus est oracionis, sicut scriptum legimus;
 Vos autem fecistis illam speluncam latronibus!'
 Asserunt quidam de nostris orthodoxis patribus
 Nichil in terra fecisse Christum mirabilius;
- 250 Nam cum necdum ab eisdem Deus esset cognitus,
 Sed nec ulla 'seculari potestate peditus,
 Solus tamen tot de templo valuit eicere,
 Ut eorum nullus illi ausus sit resistere.
- Quodam die deprehensa mulier adultera
- 255 Est adducta coram illo intra templi spacia;
 Hanc subtilis Iudeorum adduxit perfidia,
 Ut in verbis caperetur Dei sapiencia.
 Dicunt enim pharisei atque scribe Domino:
 'Mulier hec deprehensa est in adulterio,
- 260 Et in lege lapidare Moyses huiusmodi
 Iussit nobis; tu quid dicis huic debere fieri?'
 Si dixisset: 'Lapidetur', diceretur impius,
 Si vero: 'Non lapidetur', quasi legis nescius
 Et transgressor mandatorum videretur omnibus.

251 'ulla' von zweiter Hand übergeschrieben.

252 'uoluit' Hs.

255 'aducta' Hs.